

Querere

omniū auro preciosior est ⁊ certissime inuenit̃: si pure si integre querit̃. i. sine fictione. vnde Sap̃. j. In simplicitate cordis querite illū quoniam inuenit̃ ab hīs qui non tēptant illuz. vñ **Isido.** Oratio cordis est non labioꝝ: neq; verba deprecātis deus intendit: sed orantis cor aspicit. ⁊ si tacite cor orat ⁊ vox silet: q̃ uis hoies lateat: deū latere non pōt qui presens est. Integre dico homo debet deum querere. i. sine diminutione: vt non parti mundo vel diabolo aut cui seruiat: sed totaliter deo. Qd̃ tamē heu quidā faciūt quos dñs in psona beati **Berni.** arguit dicens Quid est q̃ iūnico meo vestroq; plus libet seruire q̃ mihi: Nō ille vos pascit: non tpa vestra disponit: nō vos redemit sed ego. Sed ad illos qui sibi in simplicitate cordis seruiūt ⁊ eū querūt: dicit illud **Iherem.** xxix. Queritis me ⁊ inuenietis: cum quesieritis in toto corde vestro: nō in vno angulo cordis querēdus est de⁹ ⁊ i al io mūdū vt dicit **Mat.** vj. Non potestis deo seruire ⁊ mānone: ppter qd̃ dicit **Chrisost.** Qui orat ⁊ peccat nō orat deum sed deludit eum.

Querere Distinctio II

Querere Nota q̃ dñs querendus est tripliciter: vtz in cōuersione penitētiāli: in oratione virtuali. ⁊ dilectione singulari. **Primo** querēdus est vt ad ipm tanq̃ ad tutū fugiam⁹ refugium veniamus. **Secūdo** vt ipm perditū inueniam⁹. **Tertio** vt inuētuz ardenti⁹ teneam⁹. **Primo** dico querēdus est dñs vt ad ipsum in cōuersione penitētiāli tanq̃ ad tutum refugium fugiam⁹. vnde. **Esa.** xxi. Si queritis me: querite ⁊ cōuertimini ⁊ venite. **Glō.** Si queritis in necessitate auxiliū meū: q̃rite in p̃peritate. **Cōuertimini** corde penitēdo: ⁊ venite ad me operādo vnde **Greg.** Recte mentis est deū non solū benedicere in p̃speris: sed in aduersis collaudare. Vere peccatores debēt querere dñm in cōuersione penitētiāli. vnde **Iohel.** ij. **Cōuertimini** ad me in toto corde vestro ⁊c. vnde **Greg.** In cōspectu diuinitatis: nemo dubitet misericordiā consequi: q̃ nullū peccatoꝝ reuersum despicit: qui pctōꝝ redimere venit: imo qd̃ plus est. dñs clamat post peccatoꝝ **Canf.** vj. Reuertere reuertere **Hu**namitis. Reuertere corpe reuertere aīa dicit glō. quater dicit re